

in statum Episcopalem. Pro cuius difficultatis solutione varia adduxerunt Garanna in presenti, Balboa in c. 3. de iur. et. 71. Sed illorum sententia omittenda est, Episcopum consecratum, seu confirmatum, non posse religionem ingredi inconfulto Romano Pontifice, propter vinculum matrimonii contracti inter ipsam, & Ecclesiam, c. nisi cum priore, de res. probant Suarez 10.3. de relig. l. 1. c. 19. Sunicia de iur. 9.3. c. 20. 3. B. P. de Relig. 2. u. 1. Castropalaus 10.7. oper. moral. 11. 16. disp. 1. p. 7. 1. Marquez in orig. Exerit. c. 6. Garcia in polit. regul. 1. 1. diff. 2. dub. 2. Soza in Episc. relig. fol. 17. nu. 92. Cellotius de iur. lib. 9. c. 23. Electus vero potest religionem ingredi, quia adeo non est ligatus praedicto matrimonii vinculo: & si votum religionis fecit antequam promoveretur in Episcopum, non potest illud adimplere inconfulto Pontifice,

si confirmatus, aut consecratus reperitur, ex eadem ratione, si vero tantum electus, ut in presenti casu, reperitur, tenetur votum adimplere ingrediendo religionem, quia accesserit debet, iuxta textum in exp. in scripturis 8. qu. 1. l. si in quinquagesimo 39. C. de Episc. & cleric. in scripturis 8. qu. 1. l. si in quinquagesimo 39. C. de Episc. & cleric. & ita ex parte acceptationis non adest votum de meliori, aut perfectiori statu; quare qui votum religionis emisit, non liberatur ab eius obligatione, etsi in Episcopum eligatur, tenentque religionem ingredi, & si postea eligatur in Episcopum, aut rata habeatur prior electio, potest confirmari, & consecrari in Episcopum: quia non est incompatibilis religiosus status cum Episcopali dignitate, ut probat Soza in trad. de Episc. relig.

C A P U T XI

Honorius III. Sarisburiensis, a & Bregadensis Praepositis.

Postulasti per nostras litteras edoceri, in vobis professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est, & reliquis crucis charactere desiderat insigniri, liceat viciniam conventuum Ecclesiarum vestrarum, deputata succursui Terrae sanctae, deferre vobiscum, ut per vos proficiat illius terrae succursus, qui parati estis personas vestras exponere servitio Jesu Christi, praesertim cum multi exemplo emulationis laudabilis provocati, ad currendum post vos viriliter accingantur, praefaturus praedicti Domini contra gentes. Quia vero liberationi Terrae illius totis viribus aspiramus, disc. v. p. A. I. m. quat. si Ecclesia vestra alias per absentiam vestram committere non letamur, & vos utiles fueritis terrae Domini verbo pariter, & exemplo, quod conscientiae vestrae duximus relinquendum, dimissis procuratoribus idoneis in Ecclesiis vestris, potestis, & tenemini votum peregrinationis adimplere, ac sic potest in usus vestros transire vicinia Ecclesiarum vestrarum deputata subsidiis Terrae sanctae.

N O T A E.

A Sarisburiensis.) Ita testatur epigrapha & littera huius textus ex quatuor compilationibus Honorii III. ubi in c. 1. de statu monach. reperitur praesens textus: adeo tamen corrupta est secunda pars huius inscriptionis, ut cognosci non possit de quo Praeposito in eo agatur. Circa in epe notis existimas, legendum esse Bregadensis, quia urbs Reading, dicta, est in Comitatu Berkeria, in diocesi Sarisburiensi Angliae, de qua dicebat nonnulla notavi in c. 18. de appellat. b Insigniri.) Juxta formam illustratam in eo quod super, h. 1. c. insigniri.) Juxta dispositionem Concilii Lateran. sub Innocentio III. celebrati, ubi de huiusmodi fructuum parte pro expeditione Terrae sanctae assignanda ita cavetur: Cupien-

tes autem alios Ecclesiarum Praelatos, nec non clericos universos, & in merito, & in premio habere participes, & confortes, ex communi Concilii approbatione statuumus, ut omnes omnino clerici, tam subditi, quam Praelati, viciniam partem ecclesiasticorum conventuum, usque ad triennium conferant in subsidium Terrae sanctae, per manus eorum, qui ad hoc Apostolica fuerit providentia ordinati, quibusdam dumtaxat religiosis exceptis, ab hac praetaxatione merito exemptis: illi similiter qui aliampro, vel aliammodo crucis signaculo sunt personaliter praefati. Nos autem, & fratres nostri S. Romanae Ecclesiae Cardinales plenarie decimam perfolvemus: sciantque le omnes ad hoc hacliter observandum per excommunicationis sententiam obligatos, ita quod illi, qui super hoc fraudem scienter commiserint, sententiam excommunicationis incurrant.

T I T U L U S XXXV.

De statu Monachorum, & Canonicorum Regularium.

C A P U T PRIMUM.

Gregorius Fortunato Episcopo a Neapolitano.

Heodofius Abbas monasterii sancti Martini, petitoria nobis insinuatione suggestit, quae habent in subditis, in domo quondam Martini ex eius voluntate decessorem suum Andream Abbatem monasterium in quo monachi habitare debeant, construxisse: & quia id in honorem B. Petri Apostolorum Principis, & S. Archangelis Michaelis postulat dedicari, dilectionem tuam praesentibus apicibus duximus adhortandam, venerandus ad praedictum locum cum postulaverit, ingraventer accedas, venerandae solemniam dedicationis impendens. Et quoties necesse fuerit a presbyteris Ecclesiae tuae in loco sancto deservientibus celebrentur & sacrificia veneranda Missarum, ita ut in eodem monasterio nec fratricidii tua, nec presbyteri praeter diligentiam disciplinae aliquid molestiarum inferant; aut si quid illis pro diversorum devotione commoditates accesserit, sibi existimant vendicari; cum monachis, in eodem loco deservientibus debeat proficere quicquid a fidelibus offerri contigerit.

N O T A E.

A Neapolitano.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hac tit. c. 1. & in ipso registro episcolarum D. Gregorii lib. 7. tit. 2. episc. 13. ex quo transcribit praesentem textum. De hac perlecebrata urbe egi in c. 2. de consuet. b Dedicationis impendens.) Quia nova monasteria sine Episcopi licentia edificari non valent, c. quibus 10. q. 2. c. monachis 12. can. 109. eadem quae, Antonius Augustinus in epist. iuris, lib. 9. tit. 1. latius dicemus in c. fin. de relig. d. m. b. c. Celebrantur sacrificia.) Adhuc enim prioribus annis Pontificatus Gregorii Magni monachi ad sacerdotii gradum non ascendebant, sed a presbytero per Episcopum in monasterio constituto sacramenta accipiebant, divinaque officia adiebant. Divus Gregorius lib. 3. episc. 18. ubi cum Mauro Abbati commendare Ecclesiam sancti Pancratii, praecipit ut peregrinum illum presbyterum a voce, qui sanctissimam Deo hostiam immolet, eumque monasterii lumpibus alat, his verbis: Ne in remotis presbyteris, quibus Ecclesia ipsa fuerat antea commissa, vacare ministerio videatur, idcirco huius tibi autoritatis tenore praecipimus, ut peregrinum illum debas adhibere presbyterum, qui sacra Missarum possit solemniter celebrare: quoniam tamen, & in monasterio tuo habitare, &

exinde vitae subsidia habere necesse est. Referunt Yepes 10. chron. D. Benedicti, ann. 610. Hallerius in vindictis, passim notavi iam in c. intelleximus, de statu & qualitate. d Diligentiam disciplinam.) Constat idem Gregorius lib. 2. episc. 59. ubi Episcopo etiam Neapolitano ita scribit: Ad praedictum locum cum postulaverit, ingraventer accedas, venerandae solemniam dedicationis impendens, ut quoties necesse fuerit, a presbyteris Ecclesiae in supra scripto loco deservientibus celebrentur sacrificia veneranda Missarum, ita ut in eodem monasterio nec fratricidii tua, nec presbyteri praeter diligentiam disciplinae aliquid molestiarum inferant: aut si quid pro diversorum devotione commoditates accesserit, sibi existimant vendicandum: sed sine auro, sine argento, sine praesidio, sine vestimento, omnibus modis constructio praesidio possideat, cum ancillis Dei in eodem loco deservientibus debeat proficere quicquid offerri sibi contigerit. Tempore enim Gregorii M. omnia monasteria erant subiecta Episcopo, in cuius diocesi constructa erant. Concilium Aurel. 3. can. 8. De his Clericorum personis quae de Civitate in quibuscumque locis positae, id est in territoris, si in ipsi civitatibus, suscipiantur ordinandae, in potestate sunt Episcopi, si de eo, quod ante de Ecclesia habebant, eos aliquid, aut nihil exinde habere voluerit, quia

annuque facultas suscepti monasterii, diocesis, vel basilicae debet plena ratione sufficere. Varnose can. 5. ibi: Monasteria, tam virorum, quam puellarum, secundum ordinem regulariter vivant; & si hoc facere contempserint, Episcopus, in cuius parochia esse videntur, hoc emendare debeat, Arelat. sub Carolo, can. 6. Providendum necesse est cuicumque Episcopo, qualiter canonici vivere debeant, necnon & monachi, ut secundum ordinem canonicum, vel regularem vivere studeant. Tullese par. ult. c. 9. ibi: Congregationes canonicorum, & monachorum, ac sanctimonialium secundum canonicam institutionem a propriis Episcopis strenue visitentur, & eorum Religio, & habitus exquiratur. Et c. qui vere 12. 16. qu. 1. Concilium Tolet. 10. can. 3. Mogunt. can. 29. & 21. Melden. can. 59. Ticinense 2. can. 9. Cabilon. can. 15. & 65. quorum catalogum refert Anton. August. in epist. iuris, leg. 9. tit. 60. & 61. Et licet aliqui existimaverint, Episcopos non omnimodam habere potestatem in monachos, nec posse de his, quae contra regulam monasticam committuntur, cognoscere, sed tantum ea corrigere, in quibus circa monasticam disciplinam monachi peccaverint, moti auctoritate Concilii. Tolet. 4. can. 50. ubi ita ajunt PP. Quapropter monemus eos, qui Ecclesiis praesunt, ut ultra talia non praesumat, sed hoc tantum sibi in monasterio vindicet sacerdotibus, quod praecipuum canones, hoc est monachos ad conversationem sanctam promoveri, & Abbatibus, aliisque officia constituere, atque extra regulam facta corrigere. Quae verba etiam reperiantur in canone 15. Concilii Aurelianensis: Abbatibus pro humilitate religionis in Episcoporum dignitate constituant, & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur. Hac tamen sententia proflus aliena est a canonum & SS. Patrum mente, qui plenam potestatem Episcopo tribuunt in monachos, imo & disciplinam monasticam correctionem, c. monasteria, 18. qu. 2. Gregorius Magnus lib.

7. episc. 65. Episcopus monachorum vitam competenti, regularique debet moderamine disponere, qui pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem. Et lib. 3. legum Longobard. tit. 3. ita cavetur: Et de monasteriis, quae infra eorum parochiam sunt, vigilanter curent, ut canoici secundum canones, regulares secundum regulam vivant; & ubi aliter quam ordo poposcerit, invenerint, emendare faciant; & si emendare nequeverint, nobis nunciatur. Probat Bosquetus ad Innocent. III. leg. 2. episc. 7. Nec contraria sententia favent verba illa Concilii Tolet. Extra regulam; nam idem significat, ac contra regulam, ut apud Arbitrum in satyr. Dii. De quo, quam male est extra legem viventibus quicquid morantur, semper expectant. Sed quia Episcopi dum monasteria disciplinae causa visitabant, potestate sibi concessa abutebantur, plerumque quae propria erant monasterii ab eo auferentes, ideo variis Ecclesiae canonibus cautum fuit, ne Episcopi inquietare, aut molestare monachos aliquo modo intenderent, c. 1. 18. g. 2. Concilium Turon. 2. can. 7. Episcopus nec Abbatem, nec Archiepiscoporum sine omnium suorum compresbyterorum consensu de loco suo praesumat eicere. Concilium Anglicanum can. 3. Ut quae monasterii Deo consecrata sunt, nulli Episcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quidquam de eorum rebus violenter extirpare. Refert Antonius August. in epist. iuris, lib. 9. tit. 61. ideo Gregorius in praesenti, & in epistola antecedenti jubet Neapoliti. Episcopo, ut monasterium noviter constructum dedecet, & ibi presbyteros ad divina officia celebranda constituat. Inhibet tamen illi, ne extra diligentiam disciplinae in ipso monasterio alia vindicet, praecipue ne a fidelibus oblata auferre praesumat. De exemptione monachorum ab Episcoporum jurisdictione, late egimus in cap. grave, de offic. ordin. ex quo commentario praesens tendendum est.

C A P U T II.

Ex Concilio a Lateran.

Monachi non b pretio recipiantur in monasterio, nec peculium permittantur habere: non e singuli per villas, & oppida, five per quascunque d parochiales ponantur Ecclesias, sed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus e maneant: nec soli inter saeculares homines spiritualium hostium consilium expectent, Salomone dicente: Veh soli, quia si ceciderit, non est qui sublevet eum: si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros Ordines non ascendat. Is vero qui eum receperit, officii sui suspensione multetur. Qui vero peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permittum, a communione removeatur altaris; & qui in extremis cum peculo inventus fuerit, & digne non penituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam; quod etiam de universis Religiosis praecipimus observari. Abbas autem, qui diligenter ista non caverit, officii sui iacturam se noverit incursum. Prioratus quoque, seu e obedientiae pretii nulli tradantur, aliqui dantes, & accipientes a ministerio sicut ecclesiastico alieni. b Prioratus autem, cum in Ecclesiis conventualibus fuerint constituti, nisi pro manifesta causa, & rationabili non i mutentur, videlicet si h dilapidatores fuerint, si inconcipienter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amovendi merito videantur; aut si etiam pro necessitate majoris officii de consilio fratrum fuerint transferendi.

N O T A E.

A Lateranensis.) Generali videlicet, celebrato sub Alexandro III. can. 3. ut etiam habetur in ca. 2. hoc tit. in 1. collectione. & citatur textus hic in cap. 3. & 4. de capell. monachorum. b Pretio recipiantur.) Hanc priorem partem exponemus in c. 19. de summo. c Ita singuli.) Monachi in duplici genere. Alii simul in monasteriis degunt, qui ideo synodici, seu coenobitae appellantur, l. additio, Cod. de Episcop. aud. l. 57. Cod. Theod. de appell. quibus unum dormitorium, refectoriumque idem: alii seorsim agunt, & soli sunt, qui & Eremitae dicuntur, Novell. 5. Justin. cap. 3. qui in sylvestribus antris mancipati sunt, ut in solitudine impensis sanctitati vacent, l. quidam 26. Cod. de Decur. de quibus egi in c. 2. de restan. d Parochiales.) Olim enim postquam monachi sacris Ordinibus initiati ceperunt, non solum in propriis monasteriis divina officia celebrabant, & sacramenta fratribus ministrabant, verum & parochialibus Ecclesiis praesidebant, ut etiam parochianis laicis sacramenta ministrarent, c. in parochia 16. q. 1. Concilium Agathi. can. 27. Pictaviense can. 5. Pelagius Papa c. 2. 3. & 24. Carnotensis episc. 69. ibi: Si quis sine voto in collegio vestro vici praesidet, & maneri, & igne reprobationem examinat, quibus hoc onus imponi voluerit, eos deducit ante praesentem Episcopum, ut ab eo curam animarum suscipiant. Novari Bosquetus ad Innocentium III. lib. 1. episc. 7. Sed cum inde daretur occasio divagationis, & disciplina monastica corrumpere statum suum, ne extra proprium monasterium monachi habitarent, c. nullus 14. q. 2. c. monachum 3. 20. & 4. Concilium Tolet. 7. can. 5. Imo & in ipsi Ecclesiis monasterio subiectis, non monachus, sed clericus instituitur, c. l. de capell. monach. Urbanus II. in Concilio Claramont. ibi: Sumamus, ne in parochialibus Ecclesiis, quas tenent, aliqui Episcoporum consilio presbyteros collocent, sed Episcopi parochiae curam cum Abbatum consensu sacerdotum committant. Dicemus in d. e. 1. e Fratres manent.) Constat textus in c. ad audientiam, c. de parte, de capell. monach. Clement. Ne in agro, 9. ad hoc, hoc tit. quae constitutio magna auctoritate ratione; nam monachus

solus, teste D. Thoma relato a Cornelio a Lapide in c. 4. Exodi, demon solitarius est, & auctore Seneca ep. 25. omnia mala nobis solitudo persuadet: ac magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis assistat. Unde Iustinianus in novel. 133. monachos sine testibus vivere scelus existimat: & Thomas Cantiprat. lib. 2. c. 11. ait: Quam vera sit haec sententia, Veh soli, ego novi, qui triginta annis vice Episcopi in diversis provinciis egi, qui in hoc articulo, quod religiosi soli vadant, vel soli maneant in curiis, horrenda mala, horrenda scandala, horrendaque pericula frequenter audivi, quae nunquam sustinuissem ad iuncto socio, vel assistente. Prosequitur Landmet. in comment. ad reg. D. Augustini, c. 4. n. 25. e Prioratus.) Prioratus sunt cellae monachorum extra monasterium, seu membra principalis monasterii, ubi pauci monachi a reliquis separati in una domo vitam agunt: instituti fuerunt, ut disciplina severior, & strictior, quae in vita communi monasterii proficere, & servari non poterat, imo nec conveniens erat, a paucis severioris disciplinae, & vitae amatoribus ibi servaretur, ut refert Yepes 10. 2. chron. D. Benedicti, anno Christi 676. fol. 315. ad minus autem debebant sex monachi ibi residere. Concilium Aquigr. can. 44. ibi: Ut abbas licet habeat cellas, in quibus aut monachi sint, aut canonici; & abbas providens, ne minus de monachis ibi habitare permittat, quam sex. Dicta Clementina Ne in agro, hoc tit. & Gregorius IX. in bulla ad Cluniac. & Nicolaus IV. ita statuerunt: Ne in prioratu aliquo unus solus monachus commoretur, sed ei, qui solus est, unus, vel plures socii monachi adiungantur, sed loci suspensio, facultates, aliqui monachos revocati ad claustrum, Benedictus XII. in Breviario, c. 25. ibi: Monachi autem in prioratibus, seu administrationibus cum dictis prioribus, seu administratoribus simul sint, & canon cas horas dicant, & in Missis celebrandis suas hebdomadas ordinate, ac tractent, non synacopando, humiliter, & devote, & horis compereunt, tibus, & cum nota, ubi fuerint tres, vel quatuor, seu plures, facere teneantur. Unde D. Bernardus episc. 233. commendat Abbatem Guarrinum, eo quod synagogas sathanae, id est cellulas extra coenobium, in quibus tres, vel quatuor fratres sine ordine, sine disciplina habitare solent, destrueret. De Turrisgemata tit. 13. in regulam D. Benedicti, ait in paucis prio-

BIBLIOTECA CENTRALI





si fuit conclusum, posse, per textum in capit. Quod Dei ti...

Sed pro dubitandi ratione ita in presentem assertionem in-

Adhuc tamen defendenda est praefata assertio, firmiterque...

intus, vel extra Ordinem nostrum, renunciando omnibus ju-

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam licet verum...

6

propi, totum in continentem resignet. Si vero post haec proprietatem...

NOTAE.

A Sublacen. ) Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit.

b Lineis camisis. ) Camisis inde dictas esse docet D. Hidor...

denus Zacharias. In quo illud singulare est, quod affirmat...

c Cellario. ) Cellaria annoze publicae apud Romanos dice-

C A P U T VI.

Idem Abbati, & Conventui a Sublacen.

CUM ad monasterium Sublacenfe personaliter venissemus, ne quis de cetero...

BIBLIOTECA CENTRALI U. AME.

Impugnare ut tradita silentio.

Probat conclusio rationibus & exemplis.



CAPUT VIII.

Honor. III. Abbati, & monachis in a Lombardia, & Marebia b Tarvisina constituitis,

EA que pro religionis honestate, ac religionum salute provide ordinantur, Apostolico sunt munimine roboranda, ut suscipiantur devotius, & diligentius observentur. Cum ergo per dil. f. Abbatem c Montisbelli quidam capitula nobis fuerint presentata, que ad castigandum transgressiones multiplices, & excessus quos in quibusdam cenobis invenerat, videbantur pro salute & honestate vestra laudabiliter statuenda, nos ea examinari, & corrigi fecimus, & precepimus ut inviolabiliter observetis, que sigillis ven. f. n. H. Offensis, & N. Tufulanensis Episcoporum muniri fecimus ad cautelam. Ad hac volumus, & presentium auctoritate precipimus, ut Visitatores ad generale Capitulum convocent Abbates, & Priores non habentes Abbates proprios, tam exemptos, quam non exemptos Lombardie & Marchie, qui non consueverunt hujusmodi Capitulum celebrare: providentes ut in ipso Capitulo generali, canonico impedimento sublato, eos qui contempserit, vel neglexerit convenire, sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, ecclesiastica censura compellant, vel neglexerit convenire, sublato cujuslibet sententiam, quam in eos rite tulerint non relaxent: & usque ad satisfactionem condignam provida fuerint ordinata, firmiter observari; redduntur tam ipsi, quam Visitatores, & alii, juxta cujuslibet ministerium, Domino, in cujus conspectu nuda sunt omnia, & aperta, in extremo examine rationem, si omnem sollicitudinem, & diligentiam, que circa correctionem, & reformationem Ordinis, ac visitationem cenobiorum impendenda fuerint, neglexerint adhibere. Porro cum Visitatores secundum statum generalis d. Concilii ordinati a generali Abbate processerint ad visitationis officium exequendum, de statu monasteriorum, & observantis regularibus diligenter inquirent, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant, & reformatum que viderint corrigenda; ita tamen, quod monachos delinquentes per e. Abbatem loci corrigi faciant, eisque injungi contentiam salutarem, juxta B. Benedicti regulam, & Apostolica instituta, non secundum normam pravæ consuetudinis, que quasi pro lege in quibusdam Ecclesiis inolevit. Ipsi etiam Visitatores monachos, quos contumaces invenerint, & rebelles, juxta modum culpæ vice nostra regulari censura percussant, absque personarum delectu, non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam, vel potentiam amicorum: quin ovem moribundam ejiciant ab ovili, ne inficiat sanas oves. Si vero Abbates in corrigendis juxta Visitatorum mandatum, & regulari instituta seipis, sive monachis inventi fuerint negligentes, proclamantur, corripantur, & ita puniantur publice in Capitulo generali, quod poena ipsorum sit aliis in exemplum. Porro si Abbas aliquis non exemptus fuerit a Visitatoribus nimis negligens inventus, & remissus, id loci Diocesano denunciatur sine mora, & per illum deur ei fidelis & providus coadjutor utque ad Capitulum generale. Quod si dilapidator inventus fuerit, vel alias merito amovendus, per Diocesana, postquam hoc sibi a Visitatoribus denunciatum fuerit, amoveatur absque Judiciorum strepitu a regimine Abbatie, ac monasterio provideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbate provisorum. Quod si forsitan Episcopus hac adimplere noluerit, vel neglexerit, Visitatores, vel presidentes in Capitulo generali defectum Episcopi Apostolica Sedi non differant intimare. Hac eadem circa exemptos Abbates fieri precipimus per Visitatores, vel presidentes in Capitulo generali, depositione tantum ipsorum Sedi Apost. referata; ita tamen, ut Abbate, qui amovendus videbitur, interim per Visitatores, vel in Capitulo presidentes ab administratione suspensus, administrator idoneus vicebeat, interim per Visitatores, vel in Capitulo presidentes ab administratione suspensus, administrator idoneus vicebeat. Illorum autem excessus & alia, que vita fuerint intima Capituli, presidentes nobis denunciare per fideles nuncios & prudentes, quibus de communi contributione Abbatum, juxta cujuslibet facultatem sufficienter ministrentur expensa. Sequentes autem Visitatores perquirant priorem Visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias, & excessus referant sequenti Capitulo generali, & juxta culpam publice debitam poenam portent. Idem etiam de Abbatibus presidentibus generali Capitulo precipimus observari. Precipimus etiam, ut in nullo monasterio ad præbendas de cetero recipiant Abbates, & monachos, & clericos s.culares, nec hi qui jam recepti sunt, locum vel vocem in capitulo, dormitorio, vel refectorio, seu claustris sibi vindicare contendant, seu monachorum coetibus importune se immiscere presument; sed beneficiis sibi concessis contenti, conversentur honeste, opportuna obsequia in monasteriis fideliter impendentes, nihilque ultra in spiritualibus, aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis, vel usurpent. Si qui vero talium a Visitatoribus inventi fuerint criminosi, per Diocesana in non exemptis, & per Visitatores, vel Presidentes in generali Capitulo in exemptis monasteriis beneficiis priventur eisdem. Hac autem omnia in monasteriis, que non habent Abbates proprios, sed Priores, necnon in monasteriis monialium quoad articulos Abbatibus & monialibus congruentes, precipimus observari.

NOTÆ.

a Lombardia. Ita etiam legitur in quinta compilatione, sub hoc tit. c. 4. Lombardia duplex est una eis flumen Padum, alia trans Padum, que hodie proprie Lombardia vocatur a Longobardis, qui ibi sepeam tenerant, ut notavit Cironius ad hunc textum. b Tarvisina. Tarvisinum Italia urbs nobilis, & perantiqua est, de qua nonnulla adduxi in c. 7. de causis. c Montisbelli. Monasterium hoc ordinis D. Benedicti est in celebri Castro Marchie Tarvisina, ut refert Cironius hic d. Concilii. Relati in superiori textu.

e Per Abbatem loci. Quando enim contra regulam peccatur, correctio precipue debet fieri per Abbatem, etiam vicariante Episcopo, c. 9. c. reprobabilis, 26. de appell. in aliis vero sceleribus correctio spectabat ad Episcopum ante exemptionem monachorum, c. monasteria, 16. q. 2. docent Germonius lib. 3. de sac. innotuit. c. 2. n. 70. Britto de locato, 2. p. c. 1. n. 17. & supra notavi in c. fin. de regul. De hac correctione Episcopis competente plura adduxi in cap. grave, c. licet, de offi. ordi. f Clericos seculares. Juxta adducta in c. cum Magistrum, de elect.

TITULUS XXXVI.

De religiosis domibus, ut Episcopi sint subjecta.

CAPUT PRIMUM.

Gregorius VI. a Neapoli Episcopo.

UNE ad hanc basilicam, que dedicanda est, illud debet discquiri, quis, idest cujus civitatis, antequam basilica, que nuper fabricata est, fundaretur, b baptizaverit incolas, ad cujus cognationem sub annua devotione concurrunt. Non enim terminis, aut locis convenit diffiniri, sed illius facere diocesim, qui superius continetur, ut constet commanentes a quo fuerint lavari regeneratione purgati. Et ideo, fratres charissimi, amotis ambagibus, & omni circutione femota, hac vos modis omnibus convenit investigare, ut ille maxime ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum quem scripsimus, constat debere permitti.

NOTÆ.

a Neapolis. Ita etiam legitur in prima collectione sub h. c. 1. Sed cum inter epistolam S. Gregorii non reperia-

tur hac Decretalis, nec eas duo Archiepiscopus illius Neapolitanus hujus nominis Victoris floruisse, satis constat, mendolam esse hanc inscriptionem. Antonius Concius Evangelia promittit indicanti locum, seu epistolam Pontificiam c.

ex qua transcriptus fuit textus hic. Antonius Augustinus in notis ad hanc textam fatetur, se hæc verba tantum legisse in hac, & in prima collectione.

b Baptizaverit. Ad Episcopum enim ut ministrum ordinarium solemnitate spectat baptismum propriis subditis temporibus debitis solemniter conferre, ut dicemus in cap. univ. de cler. non ordin. ministri.

c Consecrationem sub annua. Licet primis Ecclesie temporibus Consecrationis sacramentum statim post Baptismum administraretur, ut constat ex Theodoro ad illa verba 1. Cantico. Unguentum esset nomen tuum, ibi: "Si mystice magis vis intelligere, sancti baptismatis mysterium recordare, in quo qui initiatur, spiritali christmate inuncti, sub ea visibili specie invisibilem Spiritum sancti gratiam suscipiant." Ex Ildoro Hilpalensi l. 2. de Eccles. offic. c. 26. ibi: "Quoniam post baptismum per Episcopos datur Spiritus sanctus cum manuum impositione. Expellitur ex Amalario qui de hoc more lib. 4. de eccles. offic. c. 29. ita loquitur: "Nos vero prætere Episcopo simul baptizamus, & per impositionem manus Episcopi Spiritum sanctum accipimus." Idem refert Rabanus Maurus l. 1. de inst. cler. c. 30. his verbis: "Novissime autem a summo sacerdote per impositionem manus Paracleti traditur illi Spiritus sanctus, ut roboretur in Spiritum sanctum ad predicandum aliis idem donum, quod ipse in baptismate consecutus est." Sed postmodum sine parentum incuria, sive multiplici curarum onere, quo Episcopi in dies premebantur, mos invaluit, ut parochii baptismum ministrarent, & Episcopi certis per annum diebus suam diocesim lustrarent, & a presbyteris baptizatos oleo consecrarent; quod usitatum fuisse seculo Ecclesie, constat ex Beda, qui per ea tempora floruit, & in vita S. Guthberti Episcopi. 29. ita scribit: "Quodam autem die, dum parochiam suam circumiens monita illius omnibus ruri, in casis, & viculis largiretur, necnon etiam nuper baptizatis ad accipiendam Spiritus sancti gratiam manum imponeret, devent ad villulam cujusdam Comitum. Sequensibus faculis crebrior ejusdem moris mentio reperitur; nam in Synodo Francica, quam refert Vicecomes l. 1. de ritibus confirm. c. 5. ita statuitur: "Decrevimus quoque juxta sanctorum canonum, ut unusquisque presbyter in parochia habitans Episcopo illi subiectus sit, in cujus parochia habitat, ut semper in Quadragesima rationem, & ordinem ministerii sui, sive de baptismo, seu de fide Catholica, sicut de precibus, & ordine Missarum Episcopo reddat, & ostendat: & quancumque jure canoni-

co circumit parochiam ad populos confirmandos, presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum collatione, & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet. In Synodo Cabil. sub Carolo Magno, can. 14. ita legitur: "Cavendum sane est, ne cum Episcopi parochias suas peragrarent, quandam damnosam erga subditos, seu erga locos tyrannidem exercent. Observandam etiam modis omnibus, ut si quando exerceant, Observandam etiam modis omnibus, ut si quando eis peragende parochie necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in predicatione verbi Dei operam dent. In Synodo etiam Suedicacione verbi Dei operam dent. Quando jure Canonico Episcopus circumit parochiam, ad confirmandum populum, Abbates, vel Presbyteri parati sint ad suscipiendum Episcopum in adiutorium necessitati. Et Synodo Ticinensis can. 15. precipit Episcopis, ut quando confirmationis administrandæ causa diocesim circumant, caveant diligenter, ne presbyteris magni, & profusi sumptus occasionem præbeant, his verbis: Statuimus etiam, ne Episcopi, quando pro confirmando populo parochias circumant, Archiepiscopos suos gravent. Juxta quem antiquum morem intelligenda sunt verba hujus textus supra relata.

COMMENTARIUM.

Cum Ecclesie, & omnes basilica debeant dedicari, consecrarique per Episcopum proprium, in cujus confirmatur diocesi, D. Clemens ep. 3. ibi: "In aliis locis sacrificare, & Missas celebrare non liceat, nisi in his, in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente vicelice civitatem consecratus fuerit. Et c. nemo, de consec. dist. 1. Cap. Viciniam, canon. 7. ibi: Quicumque voluerit in sua proprietate Ecclesiam edificare, & consecrari, & voluntatem Episcopi habuerit, in cujus parochia fuerit, licitum sit. Probat Vicecomes l. 2. de ritibus Missarum, c. 23. Barbosa de pot. Episc. allegat. 27. late dicemus in c. 1. de consec. Eccles. & dubitatur in præsentis casu, quis dicatur proprius Episcopus ad basilicam consecrandam, impositurus respondit illum Episcopum debere Ecclesiam dedicare, qui antea incolas illius loci baptizaverat, & sacro christmate confirmaverat; quia ille creditur proprius Episcopus loci, cum sacramenta ipsa non nisi a proprio Episcopo administrantur, ut probavi in c. quanto, de consec. Et sic, qui ratione possessionis, seu præscriptionis actus illos Ordinis ibi exercebat, etiam dedicationem Ecclesie facere valet; quia dedicatio ipsa etiam ad potestatem Ordinis spectat.

CAPUT II.

Gregorius Agapito a Abbati.

REBUS venerabilibus, vel cultibus cultui desit obsequium, nostra debet sollicitè cura prospicere. Quia igitur monasterium, quod in fundo Marciano provincie Campanie situm est, ita b hostilitate faciente, a congregatione funditus dicitur desolatam, ut ne unus exinde monachus, qui aliquam illic sollicitudinem, vel curam debeat adhibere, remanserit: tuo illud monasterio cum omnibus rebus suis, vel que et competunt actionibus, utile profeximus uniuersum, ut res ejus tendit, vel a derinentibus vendicandi libera tibi sit, & sine aliqua dubietate licentia, in quod etiam studii tui sit monachos deputare, qui illic tempore, quo intervallum de hoste fuerit, & opus Dei celebrare, & deceteri debeant fervire. Nec aliqua illud præsumas excusatione negligere quod ideo curæ tuæ, et sollicitudinem illic debeas adhibere, committitur. Ipsum autem monasterium sic tue nos ordinationi commisisse cognoscas, ut tamen justificationem illic non Episcopus e Surrentinus, in cujus civitate monasterium tuum est; sed d. Nucernus, cujus est diocesis, habeat. Nam sic hujus loci ordinationem disponimus, ut tamen jura sua singulis Episcopis inviolata servemus.

NOTÆ.

a Agapito. Ita etiam legitur in prima collectione sub h. c. 3. & in ipsi epistola D. Greg. l. 9. ep. 67. ex quo regesto litteram hujus textus restituo; nullibi tamen exprimitur, cujus monasterii esset Abbas, de quo in presenti, sed tantum ejus monasterium fuisse in diocesi Surrentina, ubi cum tris hujus Ordinis D. Benedicti sint monasteria, videlicet S. Renato de Surreto, S. Petri ad Crapulam, Archangelus de Publignano, non liquet qui ex eis monasterii unicum fuisse monasterium, de quo in presenti. b Hostilitate. Longobardorum videlicet, qui his temporibus totam fere Italiam devastaverant. c Surrentinus. De diocesi Surrentina nonnulla notavi in c. d. Nucernus. Nuceria etiam civitas Umbræ est in Italia,

prope fluvium Teniam, de qua, & ejus Præfatis plura tradit Ughel. c. 1. Italia sacra, fol. 1115. & nos nonnulla adduximus in c. fin. de reuere.

COMMENTARIUM.

Certum est, summum Ecclesie Præfatum posse unire Ecclesiam unius diocesis Ecclesie, sive monasterio alterius Episcopatus, & per hanc unionem omnia jura competentia Priori Ecclesie transire in monasterium, cui unita est: quia accessorium naturam sequitur sui principalis, c. videntes, de statum. docent Gonzalez in reg. 8. Cansel. Moneta de commut. c. 1. q. 1. tamen iurisdictioni illius Ecclesie unitæ remanet penes proprium Episcopum, ut ita sua jura singulis inviolata serventur; quare in præsentis Gregorius docuit per unionem a se factam non violari jura prioris Episcopi.

CAPUT III.

Ex Decretis a Eugenio Papa.

DE Xenodochiis, & aliis similibus locis, ut per sollicitudinem Episcoporum, in quorum diocesi existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.

NOTÆ.

a Eugenio. Ita etiam legitur in prima collectione, sub h. c. 2. in cujus notis Ant. Aug. asserit, se tantum in his duabus collectionibus verba hæc legisse. Sed vere notior hujus textus est Eugenius II. qui Synodum Romæ celebravit anno 826. in qua adfuerant Episcopi 63. pro reformatione, & institutione discipline ecclesiasticæ, cujus canones referunt Baronius anno 876. n. 7. & in can. 24. sub tit. de Xenodochiis, & aliis similibus locis ita legitur: "Per sollicitudinem Episcoporum, quarum dioceses existunt xenodochia, pro-

creprophia, nosocomia, orphanotrophia, eremocomia, & monasteria, tam monachorum, quam sanctimonialium, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur, &c. qualiter Deo vacantes, inopia, vel necessitatibus nullatenus occupentur, sed omni expulsi cura, puris in Dei servitio valeant membris permanere. Eandem can. postea innovavit Leo IV. in Synodo Rom. can. 23. unde constat compilatores hujus textus summum illud canonicis de Xenodochiis, & aliis similibus locis, pro canone compilasse, & statim apposuisse priora verba ipsius canonis, satis immutata, ut brevitati conulerent.